

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae  
& politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

Disputatio XXVIL.

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

## 154 DISPUTATIONES

12. Etsi qui animo libidinoso est, quamvis ab in honesto contactu abstineat, non minus est coram Deo vitiosus, quam si re ipsa quod appetit exequatur.

13. Quo nomine Christus non judicat ex concubitu in honesto libidinem, sed ex animi motu interno, cum inquit in Evangelio: Qui cunq; aspicit mulierem ut concupiscat eam, jam adulterium commisit cum ea.

14. Ad quem locum eruditii quidam annotant τὸ βλέπειν plus significare quam τὸ δεῖν. Notare enim intentionem animi, oculos ad rem aliquam cernendam adjicientis.

## DISPUTATIO XXVII.

*Theses Politice,*

DE B E L L O.

*Politica.* BELLUM hominem Christianum sine peccato gerere posse statuimus.

2. Sed cum grave sit, magnoque constet, non, nisi cum alia expediendae salutis ratio nulla restat, ad hoc confugiendum, omniaque prius tentanda, ac in primis legationibus agendum, quam ad arma descendatur.

3. Tunc bellum est indicendum: quod nisi fiat, non est legitimè cœptum, & videtur esse latrocinium.

4. Deinde ejus est suscipere bellum, qui jus habet



TATIONII  
libidinosa est, qu  
tu abstinat, don  
us, quamvis regi  
Christus non rid  
o libidinem, sed  
inquit in Evangel  
em ut concipi  
amisit cum es  
um erudit quic  
significare quid  
dionem anima  
adam & iacens

ATIO XVII  
er pista,  
III 10.  
Orbitanum  
charum.  
ve sit, mego  
expedire  
confinendum  
o primis legi  
na de cedam  
indicendum  
cupum, de  
scipit bellum

## ETHICA.

195

habet, Cesar & vocationem cogendi mili-  
tem. Is est magistratus.

5. Itaq; subditis, qui merè sunt privati, seu  
quos penes nulla prorsus est potestas guber-  
nationis, non licet insurgere cōtra suos prin-  
cipes: Electoribus verò imperii contra Cæsa-  
rem licet.

6. Præterea belli gravis, justa, & necessaria  
debet esse causa impulsiva, & legitimus finis.

7. Qui duplex est: Subordinatus & prin-  
ceps.

8. Subordinatus rerum repetitio & recu-  
peratio: Violentia injuriaq; propulsatio ac  
ultio. Hic continetur defensio & cultus divi-  
ni & dignitatis, quam jure obtinet magistra-  
tus bellator.

9. Princeps & priorem comitans est salus  
populi, & gloria Dei: Uterq; continetur sym-  
bolo Neapolitani regis Alfonsi: *Pro Lege &*  
*Grege.* Et proverbiali illo: *Pro aris & focis.*

10. Ut finem justorum armorum adjipisci-  
re, licet etiam dolo malo, ut infidiis, uti adver-  
sus hostem. Quò refero illud Virgil. Dolus an  
Virtus, quis in hoste requirat?

11. In victoria cùm aliâs, tum verò inpri-  
mis bellorum civilium, moderatione uten-  
dum est.

12. Itaq; laudandus est J. Cæsar, qui in pri-  
ma ad Pharsalum, in qua vicit Pompejum,

N 2 truci.

196

DISPUTATIONES

trucidatis 15000 in illius exercitu , ac fugientibus jam & dissipatis hostibus , alta voce clamavit : Miles parce civibus .

DISPUTATIO XXVIII.

Ethica Disputatio,  
DE VS VRIS, S INT NE IN RE PV B.  
Christiania toleranda, & quatenus.

VARIAS sunt doctissimorum hominum de usura sententiae, possitne illa, salvâ bonorum conscientiâ, in repub. Christiana tolerari, necne?

2. Quæ disputatione, cùm nec inutilis sit sapientiae studio, nec pro otiosa haberi debet: placet disputando investigare, quid hinc parte vero magis sit consentaneum.
3. Idque hoc ordine, ut primum generatim definiatur mutuatio, tunc species ejus, quantum ad hoc negotium opus erit, explicitur.
4. Est ergo mutuatio contractus, quo pecunia, aut res quælibet transfertur ad alium, ut tandem reddatur in genere.
5. Atque ea duplex est: simplex seu gratuita, & cum adjectione seu usuraria.
6. Mutuatio gratuita est, cùm nihil redditur ultra sortem, sed exactè tantum, quantum acceptum est.
7. Usuraria est, quando aliquid ultra sortem redditur ex pacto.

8. Quar

